

litteras venerabilis in Christo patris et domini domini Karoli, Dei gracia olim episcopi Lincopensis, predecessoris nostri, non rasas, non abollitas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte viciatas vidisse, formam, que sequitur, continentes: Omnibus presentes litteras inspecturis Karolus, Dei gracia episcopus Lincopensis, salutem etc..... Nos autem annexionem predictam similiter gratam et ratam habentes eam tenore presencium confirmamus. In cuius evidenciam sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum Lincopie anno Domini m^occc^oxl octauo in octaua sancti Johannis bapliste.

Allmän öfverskrift: littere super bonis decanatus.

4342.

1348 Juli 2.

Avignon.

Påfven Clemens 6:s resolutioner på ansökningar om andliga lägenheter af presterna Tyrgils Johansson, Magnus Mattisson, Peter Johansson och Mikael Amundsson uti Strengnäs, Linköpings, Vexjö och Skara stift.

Påff. registr. i Vatik. ark. Clem. VI Reg. Suppl. ann. VII p. 1. f. 127.

Tryckt efter P. A. Munchs afskr.

- s. Supplicat deuotus orator vester Thyrgillus Johannis, presbiter Strengenensis dyocesis, quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collationem etc. episcopi Strengenensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.*
- l. Supplicat humilis filius Magnus Mathie, clericus Lincopensis dyocesis, quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collationem etc. episcopi Lincopensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.*
- v. Supplicat S. V. humilis filius Petrus Johannis, clericus Lincopensis dyocesis, quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collationem etc. episcopi Vexionensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.*
Supplicat S. V. humilis vester filius Michael Amundi, clericus Vpsalensis dyocesis, quatenus sibi consimilem gratiam facientes ad collationem etc. episcopi Scarensis etc. ut supra.. *Fiat etc. R.* Et quod transeat sine alia lectione.. *Fiat R.*

Datum Auinione VI (sic!) Jul. (bör vara »VI non. Julii») [pontificatus nostri] anno septimo.

4343.

1348 Juli 6.

Johan Gislason säljer till abboten och klostret i Nydala sin del i Skuggebo för 30 mark penningar med förbindelse att i stället lemna sitt arf i Hättebo, om köpet genom fränderna blefve brutet.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presentes litteras inspecturis Johannes Gislason salutem in Domino sempiternam. Tenore presencium pateat vniuersis me partem bonorum meorum in Skuggabodhum sitam cum omnibus attinenciis, agris, pratis, pascuis, piscacionibus, siluis, infra sepes et extra, prope et remote, dominis reuerendis abbati et conuentui Noueuallis pro xxx marchis denariorum currentis monete inte-

graliter vendidisse tali condicione adiecta, quod, si quis parentum vel cognatorum meorum dictam vendicionem ausu temerario infringere attemptauerit, extunc an-
tedictis dominis in pacti attestacionem et vendicionis confirmacionem patrimonium
meum in Hættobodhum situm pro eadem pecunia relinquo perpetuo possidendum.
In cuius rei testimonium et robur firminus, quia sigillum proprium non habui, sigilla
virorum discretorum fratris mei predilecti Eskilli de Sandvik, domini Vlphonis
de Langarydh, necnon Vlphonis Götason presenti cedule petiui affigenda. Datum
anno Domini m^occc^oxl^o octauo in octaua apostolorum Petri et Pauli.

På baksidan: Skuggabodha.

Sigillen: n. 1 (2 varghufvud på en snedbjelke): s' ÆSKILLI NICLASA SON. (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 657); n. 2 (andligt, nederst sköld delad af en tinnskura): s' VLPHONIS PSERI; n. 3 (skölden delad af en tinnskura): s' VLPHONIS GÖTA: s'. (Sv. Sig. fr. Medelt. I, 3, 658).

4344.

1348 Juli 10.

Nils Kyrning, Håkan Andersson, Anders Svensson, Ture Kram och öfrige Bengt Arvidssons arfvingar gifva åt Margareta Nilsson och hennes arfvingar en egendom i Tubbaröd i Arestad (Årstads) härad.

Orig. på perg. i K. Danske Geh. Ark.

Tryckt efter en afskr. af B. E. Hildebrand i hans Saml. till Sv. Diplom.

Omnibus presens scriptum cernentibus Nicholaus Kyrning, Haquinus Andresson, Andreas Swensson, Thuro Kram ceterique heredes Benedicti Arwizson bone memorie in Domino salutem sempiternam. Notum facimus vniuersis quod nos bona in Tubbæryt in Arestathæret Margarete Niclissædoter et suis heredibus per nos et nostros heredes libere dimittimus, damus et assignamus per presentes jure perpetuo possidenda. Datum sub sigillis nostris vna cum sigillo domini Nicholai Kyrning in Wæsöghe in testimonium anno Domini m^occc^oxl^o octauo die Kanuti regis et martiris et septem fratrum.

Sigillen: n. 1 Nils Kyrnings (tre hjertan eller sjöblad i triangel); n. 2 Håkan Anderssons, fragment (dyligt); n. 3 Andreas Svenssons (lilja under stjerna); de öfriga borta.

4345.

1348 Juli 11.

Ketilbjörn Petersson pantförskrifver till sin broder Nils för en skuld af 30 mark all sin egendom, af hvilken denne skulle uppbära alternativt hela eller halfva afkastningen, tills skulden blifvit betald.

Orig. på perg. i Sv. Riksark.

Omnibus presens scriptum cernentibus Kiættilbernus Pætarsson salutem in Domino sempiternam. Recognosco me viro discreto, fratri meo dilecto, Nicholao Pætarsson in xxx:a marchis prompte pecunie veraciter obligari, pro quibus sibi bona mea omnia impignerò, quod dimidietatem reddituum dictarum bonarum(!) leuat, si necesse habuero, si vero non, redditus totaliter subleuabit, donec plenaliter sint solute. In cuius testimonium sigillum meum presentibus est appensum. Scriptum anno Domini m^occc^oxl octauo crastino Kanuti.

Sigillet borta.